

Landesolympiade Latein/Griechisch 2026/2027

Skriptum Kurzlatein

Venus und Amor



Mythen und Geschichten rund um die Liebe



Textvorschläge für den Landeswettbewerb Wien
in der **Kategorie Kurzlatein**

ausgewählt und kommentiert von
Franz-Joseph Grobauer

Inhaltsverzeichnis

- Mit * gekennzeichnete Texte sind teilweise anspruchsvoller
- Einzelne Abschnitte in den Texten, die durch *[...] gekennzeichnet sind, sind sprachlich und inhaltlich recht schwierig, der Vollständigkeit halber aber in die Auswahl mit aufgenommen.

I. Venus und Amor

Venus (<i>Mythographus Vaticanus II</i> , 40 u. <i>Ov.met.</i> 4, 171-189)	1
Amor und Psyche* (<i>Fulgentius Mythologiae</i> 3, 6)	2
Lied zum Venusfest* (<i>Pervigilium Veneris</i>)	4
Amor und der Dichter* (<i>Ovid Amores</i> 1,1)	7

II. Eros bei Platon - Auswahl aus Platons Symposion (*Plato Latinizatus; Convivium*)

Die Rede des Aristophanes (<i>conv.189c ff</i>)	8
Die Rede des Sokrates (<i>conv.201d ff u. 210a ff</i>)	14
Die Rede des Alkibiades (<i>conv.215a ff; conv.221c ff</i>)	22

III. Amor und Venus in den Carmina Burana

c.B. 76	27
c.B. 87	30
c.B. 88	32
c.B. 101	34
c.B. 102	37
c.B. 109	39
c.B. 113	40
c.B. 148	41
c.B. 154	41

IV. Anhang

Werke und Autoren	42
Wichtige Vokabel	44

Venus (*Mythographus Vaticanus II, 40*)

Saturnus <u>Caelio</u> patri iratus <u>falce</u> <u>virilia</u> eius amputavit, quae <u>elapsa</u> sunt in mare. De quorum cruore et maris <u>spumā</u> nata dicitur Venus. Unde et Aphrodita nominatur: „aphrós“ enim Graece <u>spuma</u> dicitur. Sed Venus Vulcano imprimis nupsit, postea autem <u>perpetrato</u> ab eā cum Marte <u>adulterio</u> Sol tale scelus <u>detexit</u> et Vulcanus illis <u>coniacentibus</u> superveniens, lectum <u>catenis</u> <u>circumcinxit</u>.	Caelius: Himmel (<i>griech.</i> Uranos) falx, falcis <i>f.:</i> Sichel virilia, -ium <i>n.Pl.:</i> männl. Geschlechtsteile elabor 3, elapsus sum: herunterfallen spuma, -ae <i>f.:</i> Schaum perpetro 1: vollziehen, begehen adulterium, -i <i>n.:</i> Ehebruch detego 3, detexi, -tectum: aufdecken coniaceo 2: beisammen liegen catena, -ae <i>f.:</i> Kette circumcingo 3, circumcixi, -cinctum: umgeben
--	---

Die Geschichte vom Ehebruch der Venus kennt auch Ovid (*Metamorphosen 4, 171-189*):

Primus <u>adulterium</u> Veneris cum Marte putatur <u>hic</u> vidisse <u>deus</u>; videt hic deus omnia primus. <u>Indoluit</u> facto <u>Iunonigenaeque</u> marito <u>furta</u> tori <u>furtique</u> locum monstravit, at illi et mens et, quod opus <u>fabrilis</u> dextra tenebat, <u>excidit</u>: <u>Extemplo</u> <u>graciles</u> ex aere <u>catenas</u> <u>retiaque</u> et <u>laqueos</u>, quae lumina fallere possent, <u>elimat</u>. Non illud opus tenuissima vincant <u>stamina</u>, non, summo quae pendet <u>aranea</u> <u>tigno</u>; utque levīs <u>tactūs</u> <u>momentaque</u> parva <u>sequantur</u>, efficit et lecto circumdata collocat arte. Ut venēre torum coniunx et <u>adulter</u> <u>in unum</u>, arte viri <u>vinclisque</u> novā ratione paratis in mediis ambo <u>deprensi</u> amplexibus haerent. <u>Lemnius</u> <u>extemplo</u> <u>valvas</u> patefecit <u>eburnas</u> inmisitque deos; illi iacuēre ligati turpiter, atque aliquis de dis non tristibus optat sic fieri turpis; superi risēre, diuque haec fuit in toto notissima fabula caelo.	hic deus = Sol indolesco 3, indolui, -: sich ärgern Iunogenita, -ae <i>m.:</i> Spross der Juno furtum, -i <i>n.:</i> geheime Liebschaft fabrilis, -e: eines Schmiedes excido 3: entfallen extemplo: sofort gracilis, -e: fein rete, retis <i>n.:</i> Netz laqueus, -i <i>m.:</i> Schlinge elimo 1: ausfeilen; fein verfertigen stamen, -inis <i>n.:</i> Faden aranea, -ae <i>f.:</i> Spinnweb; <i>ordne:</i> non aranea «illud opus vincat», quae ... tignum, -i <i>n.:</i> Balken tactus, -us <i>m.:</i> Berührung momentum, -i <i>n.:</i> Stoß sequor 3 <i>hier:</i> nachgeben (<i>Subj.:</i> retia) -ēre = -erunt adulter, -eri <i>m.:</i> Ehebrecher (<i>Mars</i>) in unum: zusammen vinclum, -i <i>n.:</i> Fessel deprensus, -a, -um: ertappt Lemnius, -i <i>m.:</i> Herr über Lemnos (<i>Insel, die dem Vulkan heilig war</i>) valvae, -arum <i>f.Pl.:</i> Türflügel eburneus, -a, -um: aus Elfenbein ligo 1 <i>hier:</i> verschnüren
---	---

Amor und Psyche* (*Fulgentius Mythologiae* 3, 6)

Apuleius in libris <u>Metamorphoseon</u> hanc fabulam planissime <u>designavit</u> dicens esse in quadam civitate regem et reginam, habere tres filias, duas <u>natu</u> maiores esse <u>temperatā</u> specie, iuniorē vero tam magnificae esse figurae, <u>quae crederetur</u> Venus esse <u>terrestris</u>. Denique duabus maioribus, quae <u>temperatā</u> erant specie, <u>conubia</u> <u>evenere</u>; illam vero <u>veluti</u> deam non quisquam amare <u>ausus</u>, <u>quam</u> <u>venerari</u> <u>pronus</u> atque hostiis <u>sibimet</u> <u>deplacare</u>. <u>Contaminatā</u> ergo honoris maiestate, Venus <u>succensa</u> invidiā Cupidinem petit, ut in <u>contumacem</u> formam severiter <u>vindicaret</u>. Ille ad matris <u>ultionem</u> adventans visam puellam <u>adamavit</u>; poena enim in affectum conversa est, et ut magnificus <u>iaculator</u> ipse se suo telo percussit. Itaque Apollinis <u>denuntiatione</u> iubetur puella in montis <u>cacumine</u> sola dimitti et, velut <u>feralibus</u> deducta <u>exsequiis</u>, <u>pinnato</u> serpenti <u>sponso</u> destinari; perfecto iamque <u>choragio</u>, puella per montis <u>declivia</u> <u>Zephyri</u> <u>flantis</u> leni <u>vecturā</u> delapsa, in quandam domum auream rapitur, quae pretiosa <u>sine pretio</u>, <u>solā consideratione</u>, <u>laude</u> <u>deficiente</u> poterat aestimari; ibique vocibus sibi <u>tantummodo</u> servientibus, ignoto atque <u>mansionario</u> utebatur coniugio; nocte enim adveniens maritus, Veneris proeliis <u>obscure</u> peractis, ut <u>invis</u> <u>vespertinus</u> advenerat, ita <u>crepusculo</u> incognitus etiam discedebat. <u>Habuit</u> ergo <u>vocale</u> servitium, <u>ventosum</u> <u>dominium</u>, nocturnum <u>commercium</u>,	Metamorphoseon <i>Gen.Pl.</i>: <i>Metamorphosen</i>: ein Roman des Apuleius (2.Jh.n.) planus, -a, -um: ausführlich designo 1: darlegen natus, -us <i>m.</i>: Geburt temperatus, -a, -um: mäßig quae crederetur: dass man von ihr glaubte terrestris, -e: irdisch conubium, -i <i>n.</i>: Ehe -ēre = -erunt veluti: gleichsam als ausus <est> quam = sed eam veneror 1: verehren pronus, -a, -um: geneigt; pronus <fuit> sibimet = sibi deplaco 1: gnädig stimmen contamino 1: entweihen succensus, -a, -um: entflammt contumax (<i>Gen.</i>: -acis): hartnäckig vindico 1: bestrafen ultio, -onis <i>f.</i> + <i>Gen.</i>: Rache (für) adamo 1: sich verlieben iaculator, -oris <i>m.</i>: Bogenschütze denuntiatio, -onis <i>f.</i>: Ankündigung cacumen, -inis <i>n.</i>: Gipfel feralis, -e: traurig; todbringend exequiae, -arum <i>f.Pl.</i>: Leichenfeier pinnatus, -a, -um: gefiedert sponsus, -i <i>m.</i>: Verlobter choragium, -i <i>n.</i>: prunkvolle Zeremonie declivia, -ium <i>n.Pl.</i>: Abhang Zephyrus, -i <i>m.</i>: lauer Westwind flo 1: wehen vectura, -ae <i>f.</i>: Fahrt sine pretio, solā consideratione, laude deficiente: ohne, dass man den Wert ermesen, sich daran satt sehen und aufhören konnte, es zu loben tantummodo: nur mansionarius, -a, -um: zum Nachtlager gehörig obscurus, -a, -um: unerkant invisus, -a, -um: unsichtbar vespertinus, -a, -um: am Abend crepusculum, -i <i>n.</i>: Morgengrauen habuit: <i>Subj.</i>: Psyche vocalis, -e: nur als Stimme vernehmbar ventosus, -a, -um: windig dominium, -i <i>n.</i>: Herrschaftsgebiet commercium, -i <i>n.</i>: Verkehr
---	--

ignotum coniugium. Sed ad huius mortem deflendam sorores adveniunt montisque consenzo cacumine, germanum lugubri voce flagitabant vocabulum; et quamvis ille coniux lucifuga sororios ei comminando vetaret aspectus, tamen consanguineae caritatis invincibilis ardor maritale obumbravit imperium. Zephyri ergo flabrantis aurae anhelante vecturā ad semet sororios perducit affectus, earumque venenosis consiliis de mariti formā quaerendā consentiens, curiositatem, suae salutis novercam, arripuit et facillimam credulitatem, quae semper deceptionum mater est, postposito cautelae suffragio, arripit: Denique credens sororibus se marito serpenti coniunctam, velut bestiam interfectura, novaculam sub pulvinar abscondit lucernamque modio contegit. Cumque altum soporem maritus extenderet, illa ferro armata lucernāque modii custodiā erutā, Cupidine cognito, dum inmodesto amoris torretur affectu, scintillantibus olei desputamento maritum succendit; fugiensque Cupido multa super curiositate puellae inremitans domo extorrem ac profugam derelinquit. Tandem multis iactatam Veneris persecutionibus, postea Iove petente, in coniugio accepit.

defleo 2: beweinen
cacumen, -inis *n.*: Gipfel
lugubris, -e: trauernd
flagito 1 **germanum vocabulum**: unablässig den Namen der Schwester rufen
lucifuga, -ae *m.*: lichtscheu
sororius, -a, -um: schwesterlich
comminor 1: drohen
aspectus, -us *m.*: Anblick;
sororios ... aspectus
consanguineus, -a, -um: verwandtschaftlich
invincibilis, -e: unbesiegbar
maritalis, -e: des Ehemanns
obumbro 1: überschatten
Zephyrus, -i *m.*: lauer Westwind
flabro 1: blasen; **anhelo** 1: brausen
vectura, -ae *f.*: Fahrt; **semet** = **se**
perducit, **arripuit**, **arripit**: *Subj.*: Psyche
sororios affectus

venenosus, -a, -um: vergiftet
curiositas, -atis *f.*: Neugier
noverca, -ae *f.*: Stiefmutter
arripio 3: erfasst werden (von)
credulitas, -atis *f.*: Leichtgläubigkeit
deceptio, -onis *f.*: Täuschung
postposito cautelae suffragio: ohne der Mahnung nach Vorsicht Gehör zu schenken
novacula, -ae *f.*: Messer
pulvinar, -aris *n.*: Polster
lucerna, -ae *f.*: Öllampe
modius, -i *m.*: Scheffel (*Gefäß*)

sopor, -oris *m.*: Schlummer
extendo 3: daliegen (in)
eruo 3, erui, -rutum: hervorziehen (aus)
inmodestus, -a, -um: maßlos

torreo 2: entflammen
scintillo 1: sprühen; heiß sein
desputamentum, -i *n.*: Verschütten
succendo 3: verbrennen
inremito 1: tadeln
extorris, -e: verbannt
profuga, -ae *f.*: auf der Flucht;
domo extorrem ac profugam «Psyche»

accepit: *Subj.*: Cupido

Cras amet, qui numquam amavit quique amavit, cras amet.		ver, veris n.: Frühling
Ver novum, ver iam canorum, vere natus orbis natus est,		canorus, -a, -um: melodios
vere concordant amores, vere nubunt alites,		concordo 1: einträchtig sein
et nemus comam resolvit de maritis imbribus.		ales, -itis f.: Vogel
Cras amorum copulatrix inter umbras arborum	5	de maritis imbribus: mit dem Regen des Gatten (gemeint der Himmel)
implicat casas virentes de flagello myrteo:		copulatrix, -icis f.: Vereinerin; implico 1: umhüllen
Cras Dione iura dicit, fulta sublimi throno.		vireo 2: grün sein
Cras amet, qui numquam amavit quique amavit, cras amet.		de flagello myrteo: mit Myrtenranken
Tunc cruore de superno spumeo pontus globo	10	fultus, -a, -um: gestützt
caeruleas inter catervas, inter et bipedes equos		cruore de superno: aus dem Blut des Himmels (Uranos)
fecit undantem Dionem de marinis imbribus.		spumeus, -a, -um: schaumig
Cras amet, qui numquam amavit quique amavit, cras amet.		globus, -i m.: Klumpen
*[Ipsa gemmis purpurantem pingit annum floridis;		caterva, -ae f.: Schar
ipsa surgentes papillas de Favoni spiritu		bipes (Gen.: -dis): zweihufig
urget in nodos tenaces; ipsa roris lucidi,	15	undo 1: wogen
noctis aura quem relinquit, spargit umentis aquas.		de marinis imbribus: von Meeresgüssen
Emicant lacrimae trementes de caduco pondere:		gemma, -ae f.: Blüte
Gutta praeceps orbe parvo sustinet casus suos.		purpurans (Gen. -ntis): rot
En pudorem florulentae prodiderunt purpurae:		pingo 3: bemalen
Umor ille, quem serenis astra rorant noctibus,	20	papilla, -ae f.: Knospe
mane virgineas papillas solvit umentis peplo.		Favonius, -i m.: Westwind
Ipsa iussit, mane nuda virgines nubant rosae!		urgeo 2: drängen
Facta Cypridis de cruore deque Amoris osculis		nodus, -i m.: Blütenkelch
deque gemmis deque flammis deque Solis purpuris		tenax (Gen. -acis): fest
cras ruborem, qui latebat veste tectus ignea,	25	ros, roris m.: Tau
unico marita nodo non pudebit solvere.]*		lucidus, -a, -um: klar
Cras amet, qui numquam amavit quique amavit, cras amet.		spargo 3: verspritzen
Ipsa Nymphas diva luco iussit ire myrteo:		umeo 2: feucht sein
		emico 1: aufblitzen
		caducus, -a, -um: hinfällig
		gutta, -ae f.: Tropfen
		en: siehe
		florulentus, -a, -um: blühend
		prodo 3: preisgeben
		umor, -oris m.: Feuchtigkeit
		serenus, -a, -um: heiter
		roro 1: als Tau versprengen
		umens (Gen.: -ntis): feucht
		peplum, -i n.: Mantel; Hülle
		virgines = virgineae
		Cypris, -idis f.: Venus;
		«rosa» facta de ...
		gemma, -ae f.: Edelstein
		rubor, -oris m.: Röte
		nodus, -i m.: Bindung
		marita, -ae f.: Braut;
		marita (Appos.): als Braut
		pudeo 2: sich schämen
		(sonst unpersönlich)
		lucus, -i m.: Hain;

[illegible]

Auswahl aus Platons Symposium (Plato Latinizatus; Convivium¹)

In Platons Dialog Symposium treffen sich einige Athener u. a. Sokrates sich im Haus des Tragödiendichters Agathon. Da man schon tags zuvor dem Wein mehr als genug zugesprochen hat, entschließt man sich, die Zeit damit zu vertreiben, dass jeder reihum eine Rede auf „Eros“ hält. Der junge Phaidros sieht im Eros den Beweggrund für tugendhafte Taten, Pausanias unterscheidet danach zwischen himmlischem und gemeinen Eros, der Arzt Eryximachos behandelt wiederum das Wirken der beiden Formen des Eros in der Natur. Schließlich ergreift der Komödiendichter **Aristophanes** das Wort (conv.189c ff):

“... Mihi enim videntur homines amoris vim omnino ignorasse; nam si eam <u>nossent</u>, <u>delubra</u> illi insignia, aras et <u>hostias</u> <u>dedicarent</u>; quorum nihil his temporibus agitur, cum maxime omnium <u>observare</u> haec deceat. Est enim prae ceteris diis <u>summopere</u> generi humano <u>beneficus</u> <u>tutor</u> hominum atque medicus <u>horum</u>, <u>quibus</u> <u>sanatis</u> summam genus nostrum <u>felicitatem</u> <u>nancisceretur</u>. Ego conabor igitur vim illius vobis exponere, vos autem ceteros deinde docebitis. Vos oportet primum, qualis hominum natura sit quaeve illius <u>passiones</u>, <u>perdiscere</u>. Neque enim qualis nunc est, olim erat nostra natura: Principio tria hominum erant genera, non, <u>uti</u> nunc duo mas et femina, verum etiam tertium quoddam aderat, ex utrisque his <u>compositum</u>. Cuius nunc nobis <u>restat</u> nomen, ipsum periit. <u>Androgynum</u> quippe tunc erat et specie et nomine, ex maris et feminae <u>sexu</u> commixtum, nunc profecto <u>defecit</u>, nomen solum <u>infame</u> relictum. Praeterea tota cuiusque hominis species erat <u>rotunda</u>, <u>dorsum</u> et latera circum habens. Manūs vero habebat quatuor <u>totidemque</u> crura, vultūs item duos <u>tereti</u> <u>cervice</u> <u>conexos</u> et omnino <u>consimiles</u>: Caput utrisque vultibus <u>contra versis</u> unum, aures quatuor, <u>genitalia</u> duo, et reliqua omnia,	nossent = novissent delubrum, -i n.: Heiligtum hostia, -ae f.: Opfertier dedico 1: weihen observo 1: beachten summopere: beneficus, -a, -um: wohl tätig tutor, -oris m.: Beschützer horum, quibus sanatis in den Dingen, durch deren Heilung ... felicitas, -atis f.: Glückseligkeit nanciscor 3: erlangen passio, -onis f.: Leidenschaft perdisco 3: kennen lernen uti = ut compono 3, compūsui, -positum: zusammensetzen resto 1: übrig sein androgynum, -i n.: mannweiblich sexus, -us m.: Geschlecht deficio 3, defeci, -fectum: schwinden infamis, -e: schimpflich rotundus, -a, -um: kugelig dorsum, -i n.: Rücken totidem: ebenso viele teres (Gen.: -etis): rund cervix, -icis f.: Nacken conecto 3, conexui, -nexum: verbinden consimilis, -e: ganz ähnlich contra versus (-a, -um): gegenüber befindlich genitalia, -ium n.Pl.: Geschlechtsteile
---	--

¹ Platonis opera Vol.I (ex recensione R.B. Hirschigii Graece et Latine, Parisiis MDCCCLVI)

ut ex his quisque convenienter existimare potest. Incedebat tunc et rectum ut nunc, in utram vellet partem. Et quoties celerius ire contenderet, instar eorum, qui prono capite crura sursum circumferentes circularem choream exercent, tunc octo membris innixi celeri circulo ferebantur.

Ob hanc vero causam tria genera et talia erant, quia masculum sole genitum erat, femina terrā, promiscuum denique lunā – utriusque enim luna est particeps. Sphaerica vero erant et figurā et motu, quia parentum similia. Unde robur et vires illis magnae et elatus animus erant. Quare cum diis pugnare temptabant et caelum ascendere, quemadmodum de Ephialte et Oto scribit Homerus, ut deos adorirentur.

Iupiter igitur unāque dii ceteri, quid agendum esset, consultaverunt et ambigebant: Nam neque, quomodo eos interficerent, reperiebant, et eorum sicuti gigantum fulminando genus delerent – humanus enim deorum cultus sacrorumque honor periret – neque, quomodo in tantā insolentiā perseverare illos sinerent. Tandem re perspectā, Iupiter sententiam suam explicuit atque “Inveni,” inquit “qua ratione fieri possit, ut et sint homines et modestiores sint, si scilicet imbecilliores facti erunt. Unumquemque igitur nunc duas in partes dividam, ex quo et debiliores erunt et nobis etiam magis id conducet, numero siquidem plures erunt. Atque recti duobus cruribus incedent. Quodsi rursus impie procaces videantur et nolint quiescere, iterum in duo secabo, ut unico crure nixi tamquam in utre saltantes

ex his: diesbezüglich
convenienter: passend
incedo 3: einherschreiten
uter, utra, utrum: welcher von beiden

pronus, -a, -um: vorgebeugt

sursum: empor
exerceo 2 **circularem choream**: Räder schlagen
innixus, -a, -um + *Abl.*: gestützt (auf)
circulus, -i *m.*: Kreis

promiscuum, -i *n.*: gemeinsames Geschlecht
particeps (*Gen.*: -cipis): Anteil habend (an)
sphaericus, -a, -um: kreisrund

robur, -oris *n.*: Stärke

elatus, -a, -um: stolz

Ephialtes / **Otos**: riesenhafte Söhne des Aleus, die sich gegen die Götter erheben und von ihnen bestraft werden

consulto 1: sich beraten
ambigo 3: unschlüssig sein

et <quomodo>
sicuti: so wie
gigas, gigantitis *m.*: Gigant
fulmino 1: Blitze schleudern

insolentia, -ae *f.*: Unverschämtheit
persevero 1: verharren

perspicio 3, perspexi, -spectum: gründlich betrachten
explico 1, explicui, -plicitum: darlegen
qua ratione: wie

scilicet: nämlich
imbecillis, -e: schwach

debilis, -e: schwach
conducit 3: es ist nützlich
siquidem: wenn ja
rectus, -a, -um: aufrecht

impius, -a, -um: gottlos
procax (*Gen.*: -acis): dreist
quiesco 3: sich ruhig verhalten

nixus, -a, -um + *Abl.*: gestützt (auf)
uter, utris *m.*: Schlauch

incedant!”

Haec fatus bifariam partitus est singulos, instar eorum, qui sorba dividunt, ut sale condiant, vel, qui capillis ova secant. Mandavitque Apollini, ut partione factā cuiusque vultum cervicisque dimidium in eam partem, qua sectus esset, verteret, ut scissionem suam considerans modestior fieret, atque reliquis eum mederi iussit. Ille vultum vertit, et contrahens undique cutem in eum, qui nunc venter vocatur, tamquam contracta marsupia, os unum faciens medio in ventre ligavit, quem quidem nexum umbilicum vocant. Et reliquas quidem rugas maximā ex parte levigavit pectoraque articulatim distinxit, instrumento quodam tali utens, quali coriarii cum corii rugas super pedis formulam poliunt: Nonnullas vero circa ipsum ventrem umbilicumque reliquit, ut homines admoneant, quid olim passi sint.

Postquam igitur natura hominum ita divisa fuit, cum quisque dimidium sui cuperet, inter se concurrebant, circumiactisque brachiis se invicem complectebantur, conflari affectantes, unde fame et torpore moriebantur, quod seiuncti nihil agere volebant. Et cum dimidium unum moriebatur, restabatque alterum; quod supererat, rursus aliud adsciscebat similiterque congregiebatur, sive solius cuiusdam totiusque feminae dimidium esset, quam feminam nunc vocamus, seu viri. Atque ita genus hominum deperibat.

Quodcirca miseratus Iupiter remedium aliud excogitavit, permutavit genitalia et, quae prius retro errant, ad anteriores partes transtulit. Antea

incedo 3: einherschreiten
for 1: sprechen
bifariam (*Adv.*): an zwei Seiten
partior 4: teilen
sorbum, -i *n.*: Frucht (des Arlesbaums)
condio 4: einmachen

ovum, -i *n.*: Ei

partio, -onis *f.*: Teilung
cervix, -icis *f.*: Nacken

scissio, -onis *f.*: Spaltung
considero 1: betrachten

medeor 2 + *Dat.*: heilen

undique: von allen Seiten
cutis, -is *f.*: Haut
venter, -tris *m.*: Bauch
marsupium, -i *n.*: Geldbeutel
os, oris *n.* *hier*: Mündung
nexus, -us *m.*: Verbindung
umbilicus, -i *m.*: Nabel
ruga, -ae *f.*: Falte
levigo 1: glätten
articulatim: gliederweise
distinguo, distinxī, -tinctum: ausschmücken
coriarius, -i *m.*: Schuster
corium, -i *n.*: Leder
formula, -ae *f.*: Leisten; Modell
polio 4: glatt machen

circumiacio 3, circumieci, -iactum: rings herumwerfen

bracchium, -i *n.*: Arm
invicem: gegenseitig
conflo 1: verschmelzen
torpor, -oris *m.*: Lähmung

seiungo 3, seiunxi, -iunctum: trennen

resto 1: übrig bleiben
supersum (-esse): am Leben sein
adscisco 3: beiziehen

sive = seu: sei es, dass

depereo (-ire): zugrunde gehen
quodcirca: deshalb
miseror 1: Mitleid haben
permuto 1: vertauschen
genitalia, -ium *n.Pl.*: Geschlechtsteile
retro: hinten
anterior, -ius: vorne liegend

siquidem, cum retro haec haberent, non invicem, sed in terram spargentes semina cicadarum instar concupiebant atque generabant. Cum vero ad antiora transposuisset, per haec generationem in se invicem fecit expleri, per masculum quidem in feminā, hac de causā, ut, si in amplexu vir feminae commisceretur, genitā prole speciem hominum propagarent, sin autem masculo masculus, satieta ab amplexu amoverentur et ad res gerendas conversi victum curarent. Hinc utique ex illo tempore mutuus hominibus innatus est amor, priscas naturae conciliator, annitens unum ex duobus efficere hominumque naturae mederi.

Est igitur quisque nostrum dimidium hominis, quasi symbolum, utpote sectus quemadmodum pisciculi, qui psettae vocantur, factique sumus ex uno duo.

Itaque quaerit perpetuo sui quisque dimidium.

Quicumque igitur ex viris promiscui generis portio sunt, quod olim androgynum vocabatur, mulierosi sunt adulterique plurimi ex his sunt, et ex hōc sane genere originem ducunt, quaecumque mulieres

virorum cupidae moechaeque sunt. Quae vero mulieres mulieris pars sunt, haud multum viros desiderant, sed feminas magis affectant, atque hinc

tribades nascuntur. At vero, qui maris portio sunt,

mascula sequuntur, et dum pueri sunt, utpote qui maris particula sunt, viros deligunt virorumque familiaritate assiduā congressuque gaudent, hique

sunt puerorum adulescentulorumque omnium optimi, quippe indole generosissimi. Hos quidam impudicos falso appellant: Neque enim impudicitia

siquidem: denn
retro: hinten
invicem: ineinander; **spargo** 3: verspritzen
semen, inis *n.*: Same; **cicada**, -ae *f.*: Zikade
concupio 3: schwanger werden
genero 1: zeugen
anterior, -ius: vorne liegend
generatio, -onis *f.*: Zeugung
in se invicem: miteinander

propago 1: weiterführen
sin: wenn aber
satietas, -atis *f.*: Sättigung

victus, -us *m.*: Lebensunterhalt
utique: jedenfalls
mutuus, -a, -um: wechselseitig
innatus, -a, -um: angeboren
priscus, -a, -um: althergebracht
conciliator, -oris *m.*: Wiederhersteller
annitor 3: sich bemühen
medeor 2 + *Dat.*: heilen

symbolum, -i *n.*: Erkennungszeichen
utpote: nämlich

pisculus, -i *m.*: Fischlein
psetta, -ae *f.*: Scholle

perpetuo (*Adv.*): unentwegt

promiscuus, -a, -um: gemeinsam
portio, -onis *f.*: Teil

androgynum, -i *n.*: mannweiblich
muleriosus, -a, -um: gierig nach Frauen
adulter, -eri *m.*: Ehebrecher
sane: freilich

moecha, -ae *f.*: Dirne

haud: nicht

tribas, tribadis *f.*: Lesbe

utpote: nämlich

particula, -ae *f.*: Teil

assiduus, -a, -um: beständig

adulescentulus, -i *m.*: junger Bursch

indoles, -is *f.*: Naturanlage
generosus, -a, -um: edel
impudicus, -a, -um: schamlos
falso (*Adv.*): fälschlich
impudicitia, -ae *f.*: Schamlosigkeit

ullā, sed <u>generositate</u> et fortitudine quadam masculā <u>virilique</u> naturā hoc agunt, quod simile sibi amanti. Huius evidens <u>argumentum</u> est: Cum enim <u>aduleverint</u>, hi soli ad civilem administrationem conversi viri praestantes evadunt, aetate <u>virili</u> adulescentes diligent, matrimonium vero prolisque <u>generationem</u> naturā <u>spernunt</u>, sed lege coguntur: <u>caelebs</u> porro vita his placet. Omnino igitur vir talis mares diligit amicorumque <u>studiosus</u> efficitur, <u>cognatum</u> semper amans. Quotiens itaque dimidium suum alicui, cuiuscumque <u>sexūs</u> <u>avidus</u> sit, occurrit, vehementissime obstupescunt amicitiaque et familiaritate et amore <u>ardent</u>, neque momentum quidem, ut ita dixerim, <u>seiungi</u> <u>invicem</u> patiuntur. Atque hi sunt, qui per omnem vitam <u>permanent</u>, neque, quid <u>potissimum</u> a se <u>vicissim</u> expectant, exprimere possunt. Neque enim <u>venereus</u> <u>coitus</u> id esse videtur, cuius gratiā alter alterius <u>consuetudine</u> <u>tantopere</u> delectatur, sed aliud quiddam est profecto, quod animus utriusque cupit nec exprimere <u>valet</u>, sed <u>vaticinatur</u> potius <u>conicitque</u>. Atque si unā iacentibus illis Vulcanus cum suis instrumentis adstans interrogaret “Quid est, o homines, quod a vobis <u>vicissim</u> <u>exigitis</u>?” – et <u>ambigentibus</u> illis iterum <u>percunctaretur</u> “<u>Numquid</u> hoc <u>exoptatis</u>, in unum idemque maxime congregari, <u>adeo</u>, ut neque die neque nocte <u>invicem</u> separemini? Si enim hoc affectatis, <u>colliquefaciam</u> vos confundamque in idem, ut ex duobus unum efficiamini, et tam in hac vitā <u>unā</u> vivatis, quam post mortem item apud <u>inferos</u> pro	generositas, -atis <i>f.</i>: Edelmut virilis, -e: mannhaft argumentum, -i <i>n.</i>: Beweis adulesco 3, adolevi, -etum: heranwachsen generatio, -onis <i>f.</i>: Zeugung sperno 3: verschmähen caelebs (<i>Gen.</i>: -ibis): ehelos studiosus, -a, -um + <i>Gen.</i>: bedacht (auf) cognatus, -a, -um: verwandt sexus, -us <i>m.</i>: Geschlecht avidus, -a, -um: begierig ardeo 2: brennen seiungo 3: trennen invicem: von einander permaneo 2: dabei bleiben potissimum (<i>Adv.</i>): hauptsächlich a se vicissim: von einander venereus coitus (-us <i>m.</i>): Liebesvereinigung consuetudo, -inis <i>f.</i>: Umgang; Verkehr tantopere: so sehr valeo = possum vaticinor 1: andeuten conicio 3: vermuten vicissim: gegenseitig exigo 3: verlangen ambigo 3: unschlüssig sein percunctor 1: sich erkundigen numquid: etwa exopto 1: erwünschen adeo: so sehr invicem: von einander colliquefacio 3: verschmelzen inferi, -orum <i>m.Pl.</i>: Unterwelt
--	--

duobus unum semper <u>perseveretis</u>, unā mortui. Videte, <u>an</u> hoc sit, quod <u>ardeatis</u>, satisque futurum sit vobis, si huius <u>compotes</u> efficiamini!” – si haec, inquam, audirent, certe nemo <u>renueret</u> aut aliud quam hoc expetere <u>appareret</u>, sed <u>re verā</u>, quod olim cupiebat, id audisse se quisque putaret, congressu videlicet <u>commixtioneque</u> cum amato unum ex duobus fieri. Huius causa est, quia <u>prisca</u> hominum natura haec est et <u>integri</u> eramus. Totius igitur <u>reficiendi</u> cupido <u>nixusque</u> amoris nomen accepit. Olim quidem, ut supra narrabam, unum eramus. Deinde propter iniustitiam a deo <u>scissi</u> sumus, quemadmodum a <u>Lacedaemoniis</u> <u>Arcades</u>. <u>Verendum</u> igitur est, ne, si minus modesti, quam deceat, in deos simus, iterum dividamur, et efficiamur, quales, qui in <u>columnis</u> <u>figurantur</u>, <u>nares</u> secti, facti similes <u>talorum</u> in medio <u>dissectorum</u>, qui <u>lispae</u> vocantur. Sed horum gratiā unumqueque decet summā pietate deos colere, et alios ad hoc <u>exhortari</u>, ut <u>haec</u> <u>vitemus</u>, <u>adipiscamur</u> <u>illa</u>, quemadmodum nos dux noster Amor et imperator admonet. Cui nullus <u>repugnare</u> audeat: <u>Repugnat</u> autem huic, qui <u>invisus</u> est diis. Nam si deo <u>reconciliati</u> eum <u>propitium</u> habuerimus, singuli dimidium suum <u>exoptatum</u> reperiemus et <u>consequemur</u> (quod quidem pauci his temporibus agunt). ...”	persevero 1: an = -ne ardeo 2 + <i>Akk.</i>: brennen (nach) compos (<i>Gen.</i>: -potis) + <i>Gen.</i>: im Besitz renuo 3: abweisen appareo 2: scheinen re verā: tatsächlich commixtio, -onis f.: Vermengung priscus, -a, -um: althergebracht integer, -ra, -rum: ganz; unvermindert reficio 3: wiederherstellen nixus, -us <i>m.</i>: Bemühen scindo 3, scidi, scissum: spalten Lacedaemonii, -orum <i>m.Pl.</i>: Spartaner Arcades, -um <i>m.Pl.</i>: Arkader vereor 2: fürchten columna, -ae f.: Säule figuro 1: abbilden nares, narium <i>f.Pl.</i>: Nase talus, -i <i>m.</i>: Würfel dissectus, -a, -um: auseinandergeschnitten exhortor 1: ermahnen haec – illa: das eine – das andere vito 1: vermeiden adipiscor 3: erlangen repugno 1 + <i>Dat.</i>: ankämpfen (gegen) invisus, -a, -um: verhasst reconcilio 1: wieder versöhnen propitius, -a, -um: gewogen; gnädig exopto 1: erwünschen consequor 3: erreichen
---	---

Auf Aristophanes folgt die Rede des Gastgebers, des Tragödiendichters Agathon, der die glückselige Natur des Eros, seine Schönheit, Tugend und Wohltaten preist.

Schließlich kommt **Sokrates** zu Wort. Zunächst widerlegt er das Lob des „Eros“, das sein Vorredner, Agathon, ausgesprochen hat, um dann so fortzufahren (conv.201d ff):

Verum <u>te</u> iam dimittam, sed referam sermonem de Amore, quem olim accepi a <u>Mantineensi</u> (<u>fatidicā</u>) muliere Diotimā, quae et harum rerum perita erat et aliarum multarum, et Atheniensibus olim, sacris <u>decennio</u> ante pestem peractis morbi <u>dilationem</u> dedit; quae et me in <u>amatoriā facultate</u> instruxit – quae igitur illa dixit, conabor vobis <u>secundum</u> ea, quae inter me et Agathonem <u>convenerunt</u>, non cum alio colloquens, <u>pro</u> viribus meis exprimere. Oportet autem primo, o Agatho, ut et <u>tupraeivisti</u>, quid et quale sit Amor, ostendere, deinde opera illius <u>enumerare</u>. <u>Praestat</u>, ut mihi videtur, eodem ordine vobis nunc referre, quo hospes illa me <u>examinans</u> <u>pertractavit</u>. Fere enim eadem ego illi, quae mihi Agatho, dicebam, magnum esse deum Amorem et esse pulchrorum. Atque iisdem rationibus me <u>redarguit</u>, quibus nunc ego, <u>quod</u> neque pulcher esset neque bonus. Ad quam ego tunc: Quid ais, o Diotima? - inquam - turpisne igitur ac malus est Amor? - Et illa: Bona verba: An putas necessarium esse, ut, quicquid pulchrum non est, sit turpe? - Maxime. - Et, quod non sapiens, ignorans? An non animadvertisti, esse quoddam sapientiae et ignorantiae medium? - Quid istud? –	te: gemeint Agathon Mantineensis, -e: aus Mantinea (Stadt in Arkadien) fatidicus, -a, -um: weissagend decennio: auf zehn Jahr dilatio, -onis f.: Aufschub amatorius, -a, -um: Liebes- facultas, -atis f.: Kraft secundum + <i>Akk.</i>: gemäß convenio 4: übereinstimmen pro + <i>Abl.</i>: entsprechend praeo (-ire): vorausgehen numero 1: aufzählen praestat: es ist besser examine 1: prüfen pertracto 1: behandeln redarguo 3, redargui, -utum: widerlegen quod: dass
---	--

Recte <u>opinari</u> et non posse <u>rationem reddere</u>: <u>nescis</u> – inquit illa – neque scire esse (nam, quod ratione <u>expers</u> est, quomodo scientia erit?) neque ignorantiam esse: Quod enim veri compos est, quomodo ignorantia erit? Huiusmodi quiddam igitur est opinio recta: inter sapientiam et ignorantiam medium. - Vera – dicebam ego – narras. - Ne <u>cogas</u> igitur, quod pulchrum non est, esse turpe, quodve non bonum, esse malum! Eādem ratione quamvis Amorem neque pulchrum neque bonum esse <u>concedas</u>, non tamen putare debes turpem neccessario esse et malum, sed inter ista medium. - At vero in hōc omnes consentiunt magnum esse deum. - Ignorantesne dicis – inquit – omnes an scientes? - Cunctos! – inquam – <u>Quonam pacto</u>, – inquit illa ridens – o Socrates, magnum esse deum hi confiterentur, <u>quinec</u> deum <u>quidem</u> esse volunt? – Quinam isti? – inquam ego – Unus quidem tu es, – inquit – ego altera. – <u>Quo pacto</u> hoc dicis? – inquam – Facile tibi ostendam. Dic <u>age</u>, nonne deos omnes pulchros ac beatos <u>affirmas</u>? An auderes deorum quemquam non pulchrum beatum<u>ve</u> dicere? – Non <u>per Iovem</u>! – Beatos autem nonne illos vocas, qui bona pulchraque possident? – Certissime –	opinar 1 recte: das Richtige meinen reddo 3 rationem: Rechenschaft ablegen nescio 4: nicht wissen expers (<i>Gen.</i>: -rtis) + <i>Abl.</i>: ohne Anteil (an) compos (<i>Gen.</i>: -potis) + <i>Gen.</i>: im Besitz cogo 3: darauf bestehen concedo 3: zugestehen quo pacto: wie nec - quidem: doch nicht einmal age: los affirmo 1: behaupten per Iovem: beim Jupiter
--	--

<u>Atqui</u> Amorem <u>admisisti</u> propter pulchrorum bonorumque <u>inopiam</u> haec ipsa, quorum <u>indigus</u> est, appetere. – <u>Admisi</u> equidem. – Quonam igitur modo deus sit, qui pulchrorum bonorumque est <u>expers</u>? – <u>Nullo pacto</u>, ut videtur. – Videsne igitur – inquit – <u>neque a</u> te Amorem deum esse putari? – Quid ergo? – inquam – Num mortalis est? – Minime. – Quid igitur? – <u>Superiorum</u> instar: mortalis immortalisque medium. – Quid – inquam – est, o Diotima? – Magnus, o Socrates, <u>daemon</u>. Etenim omnis natura <u>daemonum</u> inter mortales deosque est media. – Quam vim habet? – <u>Interpretatur</u> – inquit – et traiecit humana ad deos, divina ad homines, horum quidem preces et sacrificia, illorum <u>praecepta</u> sacrorumque <u>remunerationes</u>. In utrorumque medio constitutus <u>complet</u> ita, ut universa rerum natura ipsa sibi <u>connectatur</u>. <u>Per hunc vaticinium</u> omne <u>procedit</u> sacerdotumque ars circa sacrificia <u>expiationesque</u> et <u>incantationes</u> et <u>divinationem</u> meam atque <u>magicam</u>.	atqui: doch admitto 3: zugeben inopia, -ae f.: Mangel indigus, -a, -um: bedürftig expers (<i>Gen.</i>: -rtis) + <i>Abl.</i>: ohne Anteil (an) nullo pacto: auf keine Weise neque: auch nicht supiora, -um n.Pl.: das vorige daemon, -onis m.: Dämon interpretor 1: deuten praeceptum, -i n.: Vorschrift remuneratio, -onis f.: Belohnung compleo 2 <i>hier</i>: ergänzen conecto 3, conexui, -nexum: verbinden per hunc <daemonem> vaticinium, -i n.: Weissagung procedo 3: vorwärtsgehen expiatio, -onis f.: Entsühnung incantatio, -onis f.: Zauberformel divination, -onis f.: Sehergabe magicus, -a, -um: magisch
--	---

Deus quidem homini non miscetur, sed per id medium <u>commercium</u> omne atque colloquium est inter deos hominesque, et <u>vigilantibus</u> et dormientibus. Quicumque harum rerum peritus est, <u>daemonius</u> (id est felix) vir, qui vero alias artes et <u>facultates</u>, quae manibus explentur, <u>callet</u>, <u>vilis</u>. Enimvero hi daemones multi atque varii sunt, ex his unus est Amor. – Quinam parentes – inquam – Amoris? – Quamvis <u>dictu</u> <u>prolixum</u> sit, – inquit – exponam tamen. <u>Quando</u> nata est Venus, parato <u>convivio</u> <u>discubuerunt</u> dii ceteri et <u>Métidos</u> (id est consilii) <u>Póros</u> (<u>affluentiae</u> deus) filius. Cum cenati essent, <u>Penía</u> (paupertas) <u>mendicatura</u> cibum, <u>ut pote</u> <u>epularum</u> occasione datā, venit et circa <u>fores</u> <u>observabatur</u>. <u>Pórus</u> nectare ebrius, vinum namque nondum erat, Iovis hortum ingressus est <u>somno</u> <u>gravatus</u> dormiebat. <u>Penía</u> <u>inopiā</u> compulsa, <u>quo pacto</u> filium quibusdam insidiis ex Poro <u>conciperet</u>, excogitavit; quare <u>iuxta</u> illum <u>accubuit</u>, Amoremque <u>concepit</u>. Hinc Amor <u>spectator</u> cultorque Veneris, propterea, quod in Veneris <u>natalibus</u> est <u>progenitus</u>, <u>quin etiam</u> naturā pulchri desiderio capitur, cum Venus ipsa sit pulchra. Quoniam vero <u>Póri</u> ac <u>Peníae</u> Amor est filius, <u>sortem</u> huius modi <u>nactus</u> est. Primum quidem pauper est semper, multumque abest, ut sit <u>mollis</u> et pulcher, quemadmodum plerique arbitrantur, sed durus est et <u>squalidus</u>, nudis pedibus, semper <u>humi</u> volans, sine domicilio, sine <u>stramentis</u> et <u>tegmine</u> ullo, ad <u>fores</u> in viā sub <u>divo</u> dormiens, naturamque matris servans semper	commercium, -i n.: Verkehr vigilo 1: wach sein daemonius, -a, -um: dämonisch facultas, -atis f.: Kraft calleo 2: sich verstehen (auf) vilis, -e: wertlos dictu (<i>Supinum</i>): davon zu reden prolixus, -a, -um: lang; ausgedehnt quando: als convivium, -i n.: Gelage discumbo 3, -cubui, -: sich zu Tisch legen Metis, Metidos f.: personifizierte Klugheit affluentia, -ae f.: Überfluss ceno 1, cenatus sum: speisen mendico 1: erbetteln ut pote: nämlich epulae, -arum f.: Mahl fores, -ium f.Pl.: Tür observo 1: beobachten somnus, -i m.: Schlaf gravo 1: beschweren inopia, -ae f.: Mangel quo pacto: wie concipio 3: schwanger werden (<i>Akk.</i> =mit) iuxta + <i>Akk.</i>: neben accumbo 3, accubui, -cubitum: sich lagern spectator, -oris m.: Betrachter natalia, -ium n.Pl.: Geburtstag progenitus, -a, -um: gezeugt quin etiam: ja sogar sors, sortis f.: Los nanciscor 3, nactus sum: erlangen mollis, -e: weich squalidus, -a, -um: hässlich humi: am Boden stramentum, -i n.: Streu fores, -ium f.Pl.: Tür tegmen, -inis n.: Decke sub divo: unter freiem Himmel
---	--

<u>egenus</u>. <u>Secundum</u> vero patris <u>stirpem</u>, pulchris ac bonis <u>insidiatur</u>, <u>virilis</u>, audax et vehemens, <u>sagax</u> <u>venator</u>, novos semper dolos <u>texens</u>, prudentiae <u>studiosus</u>, <u>versutus</u>, per omnem vitam philosophans, <u>incantator</u> <u>fascinatorque</u> peritus, <u>veneficus</u> atque <u>sophista</u>: Neque immortalis omnino <u>secundum</u> naturam neque mortalis, sed interdum eodem die <u>pullulat</u> atque vivit, quoties <u>exuberat</u>; interdum moritur atque iterum <u>reviviscit</u> ob patris naturam. Quod vero <u>acquiritur</u>, <u>continue</u> <u>subterfluit</u>, <u>quocirca</u> neque <u>mendicus</u> est Amor umquam neque etiam <u>opulentus</u>. Inter sapientiam et <u>inscitiam</u> item medius est. Sic enim res se habet. Nullus deorum <u>philosophatur</u> aut sapiens fieri cupit: Est enim. Neque alius <u>quivis</u> sapiens <u>philosophatur</u>. Neque omnino ignorantes <u>philosophantur</u> neque sapientes fieri cupiunt. Ipsum enim hoc habet ignorantiam pessimum, quod, quamquam quis neque honestus est nec sapiens, tamen sibi videtur esse. Numquam igitur <u>expetit</u> illa, quorum se <u>indigum</u> non advertit. – Qui ergo <u>potissimum</u>, – inquam – Diotima, <u>philosophantur</u>, si neque sapientes neque ignorantes id agunt? – Hoc profecto <u>vel</u> puer intelligent, – inquit – quod hi videlicet, qui inter istos sunt, medii; e quibus est Amor. Sapientia <u>nempe</u> pulcherrimum quiddam est, Amor autem circa pulchrum versatur, ex quo necessario sequitur Amorem esse philosophum, cumque philosophus sit, medium ignorantis sapientisque tenere. Horum in causā eius origo: Nam ex patre sapiente et <u>opulento</u> est genitus, matre vero	egenus, -a, -um: bedürftig secundum + <i>Akk.</i>: entsprechend stirps, -is <i>f.</i>: Abstammung insidiator 1: nachstellen virilis, -e: mannhaft sagax (<i>Gen.</i>: -acis): scharfsinnig venator, -oris <i>m.</i>: Jäger texo 3: aushecken studiosus, -a, -um + <i>Gen.</i>: bedacht (auf) versutus, -a, -um: schlau incantator, -oris <i>m.</i>: Zauberer fascinator, -oris <i>m.</i>: Hexer veneficus, -i <i>m.</i>: Giftmischer sophista, -ae <i>m.</i>: Sophist pullulo 1: sich entwickeln exubero 1: reichlich hervorkommen revivisco 3: wieder aufleben acquirō 3: erwerben continuus, -a, -um: fortlaufend subterfluo 3: entgleiten quocirca: weshalb mendicus, -i <i>m.</i>: Bettler opulentus, -a, -um: reich; wohlhabend inscitia, -ae <i>f.</i>: Ungeschicklichkeit philosophor 1: philosophieren quivis: ein beliebiger expeto 3: trachten (nach) indigus, -a, -um: bedürftig potissimum (<i>Adv.</i>): hauptsächlich vel: sogar medii <sunt> nempe: freilich opulentus, -a, -um: reich
--	---

minime sapienti et valde paupere. Natura igitur <u>daemonis</u>, o amice Socrates, ista: Nec mirum est talem te Amorem <u>finxisse</u> ex eā opinione, quam de naturā eius habebas. Nam, ut ex tuis dictis <u>conicio</u>, non amantem, sed amatum Amorem esse putabas. <u>Idcirco</u> pulcherrimum tibi Amorem esse visum existimo. Amabile enim ipsum <u>revera</u> pulchrum est, <u>delicatum</u>, perfectum et beatissimum. Amans autem aliam naturam habet, qualem in <u>superioribus</u> <u>enarravi</u>. – <u>Esto</u>, – inquam – ut ais, hospes: Praeclare enim loqueris. (...)	daemon, -onis <i>m.</i>: Dämon finxo 3, finxi, fictum: vorstellen (als) conicio 3: vermuten idcirco: deshalb revera: tatsächlich delicatus, -a, -um: herrlich superiora, -ium <i>n.Pl.</i>: Voriges enarro 1: erzählen esto (<i>Imp.II</i>): es sei
--	---

Sokrates berichtet sodann, wie Diotima ihm weiter vom Wesen der Eros (Amor) berichtet habe: Dieser wolle stets das Gute besitzen und strebe nach Zeugung im Schönen. Der Grund dafür aber liege im Verlangen des Sterblichen nach Unsterblichkeit, das heißt nach vollendeter Schönheit. Den Stufenweg dorthin habe Diotima Sokrates wie folgt beschrieben (conv.210a ff):

Oportet enim – aiebat – eum, qui ad hoc recto sit <u>tramite</u> progressurus, statim ab <u>adulescentiā</u> pulchra corpora contemplari, et primum quidem, si <u>modo</u> recte ducatur, unum corpus amare, ibique rationes pulchras <u>producere</u>, cogitare deinde pulchritudinem, quae corpori <u>cuilibet</u> inest, alterius corporis esse <u>germanam</u>, et si sequi decet, quod in specie pulchrum, <u>absurdum</u> est credere eam, quae omnibus corporibus inest, non unam eandemque pulchritudinem esse. Et, qui hoc advertit, omnium pulchrorum corporum amator <u>evadere</u> debet, amoris autem <u>erga</u> unum <u>vehementiam</u> <u>hac ratione</u> <u>remittere</u> et parvi facere. Post haec pulchritudinem, quae animis inest, illā, quae in corpore, praestantiorē existimet <u>adeo</u>, ut, si quis animi <u>ingenui</u> sit, quamvis formā corporis aliis	trames, -itis <i>m.</i>: Weg adulescentia, -ae <i>f.</i>: Jugend modo: nur produco 3: erzeugen cuilibet: beliebig germana, -ae <i>f.</i>: leibliche Schwester absurdus, -a, -um: abwegig evado 3 <i>hier</i>: auftreten (als) erga + <i>Akk.</i>: gegenüber vehementia, -ae <i>f.</i>: Heftigkeit hac ratione: in dieser Weise remitto 3: ablegen adeo: so sehr ingenuus, -a, -um: edel
---	---

quibusdam <u>cedat</u>, <u>sufficere</u> tamen arbitretur et amet curetque et rationes huius modi <u>pariat</u> quaeratque sermones omnes, qui <u>reddere</u> meliores adulescentes possint, ut hic ad pulchritudinem, quae in <u>studiis</u> ac legibus reperitur, inspiciendam ducatur, intelligatque illam omnem sibi ipsam <u>cognatam</u> existere, ut eam, quae circa corpus est, pulchritudinem parvi faciat. Post <u>studia</u> ad scientas transeat, ut iam scientiarum pulchritudinem contempletur, <u>dumque</u> id, quod amplā <u>exuberat</u> pulchritudine, <u>contueatur</u>, <u>haud</u> amplius <u>ei</u>, quae uni adest, tamquam <u>mancipium</u> unius <u>pueruli</u> speciem admirans aut cuiusdam hominis vel <u>officii</u> unius, serviens <u>exilis</u> et <u>abiectus</u> sit, verum in <u>profundum</u> pulchritudinis se <u>pelagus</u> <u>mergat</u>, ubi ipso <u>intuitu</u> multas praeclaras atque magnificas rationes sententiasque in philosophiā istā <u>copiosā</u> <u>pariat</u>, donec ibi confirmatus et <u>roboratus</u> scientiam iam unam talem intueatur, quae pulchri talis existit. <u>Aciem</u> vero mihi nunc mentis <u>pro virilibus</u> <u>adhibe</u>. Quicumque <u>hucusque</u> per <u>amatoria</u> <u>gradatim</u> deducitur, recto ordine pulchra intuitus, ad finem iam <u>amatorii affectūs</u> perveniens, subito <u>quondam</u> naturā mirabilem inspiciet pulchritudinem, hoc illud, o Socrates, cuius gratiā labores omnes <u>praecedentes</u> <u>subiimus</u>, quod principio quidem semper est nec fit nec interit nec crescit umquam neque <u>decrescit</u>, praeterea non hac ex parte pulchrum, ex illā turpe, vel tum pulchrum, tum <u>minime</u>, neque ad hoc quidem pulchrum, turpe vero ad illud, vel hic pulchrum, ibi turpe, ut quibusdam pulchrum sit,	cedo 3 <i>hier</i>: nachstehen sufficit 3: es genügt pario 3: hervorbringen reddo 3 + 2x <i>Akk</i>: machen (zu) studium, -i <i>n.</i>: Bestrebung cognatus, -a, -um: verwandt dum + <i>Konj.</i>: sofern nur exubero 1: reichlich hervorkommen contueor 2: beschauen haud: nicht ei <<i>pulchritudini</i>>: <i>Dat. zu</i>: serviens tamquam mancipium (-i <i>n.</i>): wie ein Sklave puerulus, -i <i>m.</i>: kleiner Knabe officium, -i <i>n.</i>: Bestrebung exilis, -e: schwächlich abiectus, -a, -um: niedrig profundus, -a, -um: tief pelagus, -i <i>n.</i>: Meer mergo 3: tauchen intuitus, -us <i>m.</i>: Hinschauen copiosus, -a, -um: gedankenreich roboro 1: kräftigen acies, -ei <i>f.</i>: Blick pro virilibus: nach Kräften adhibeo 2: anwenden hucusque: bis hier her per amatoria: in Liebesangelegenheiten gradatim: stufenweise amatorius affectus (-us <i>m.</i>): Liebesdrang quondam: einmal praecedo 3: vorangehen subeo (-ire): auf sich nehmen decreesco 3: schwinden minime: nicht
--	--

quibusdam vero nequaquam.

Neque rursus imaginatione quadam ipsum pulchrum ita figetur uti vultus pulcher vel pulchrae manūs aliud quiddam, cuius corpus est particeps, neque ut oratio quaedam, aut scientia quaedam, neque in alio esse putabitur, velut in animali vel terrā vel caelo aut alio quoquam, sed id ipsum per se ipsum cum semet ipso uniforme semper existens, cetera vero omnia, quae pulchra sunt, illius participatione quadam pulchra, eā scilicet condicione, ut, nascentibus et intereuntibus reliquis, nihil subtrahatur illi aut addatur et nihil patiat. Quando vero ab his aliquis recte pueros amando adscendens, illud ipsum pulchrum contueri incipit, fere iam finem attingit. Hoc est profecto ad amatoria recte pergere vel ab alio duci, quando videlicet quis ab his pulchris gratiā pulchri illius adscendere incipit, quasi quibusdam gradibus utens, ab uno primum in duo transiens et a duobus in omnia, quae pulchra sunt corpora, ab his in omnia studia pulchra, a pulchris studiis ad doctrinas pulchras conversus, donec a doctrinis in illam doctrinam perveniens, quae non alterius est quam illius ipsius pulchri doctrina, atque ita demum, quod ipsum pulchrum est, cognoscat.

In hōc utique vitae statu, o amice Socrates, – inquit hospes illa Mantinica – si usquam alibi, homini videlicet ipsum pulchrum spectanti vita vitalis. Quod si quando videris, pretiosius auro ornatisque vestibus et pulchris pueris adolescentibusque censebis, quos nunc et tu et alii multi, dum spectatis, nimium stupetis et parati estis videntes amasios et semper

nequaquam: keinesfalls

imaginatio, -onis *f.*: Vorstellung

figo 3: sich ausdenken

uti = ut

particeps (*Gen.*: -ipis): Anteil habend (an)

cum semet = secum

uniformis, -e: einförmig

participatio, -onis *f.* + *Gen.*: Teilhabe (an)

scilicet: natürlich

subtrahō 3: abziehen

quando: wenn

adscendo 3: aufsteigen

contueor 2: beschauen

attingo 3: berühren

ad amatoria = ad amorem

pergo 3: sich aufmachen

gratiā + *Gen.*: = *Gen.* + **gratiā**

gradus, -us *m.*: Stufe

studium, -i *n.*: Bestrebung

demum: erst

utique: jedenfalls

Mantinicus, -a, -um: aus Mantinēa (*Stadt in Arkadien*)

usquam alibi: irgendwo sonst

vitalis, -e : lebenswert; *erg.*: **est**

videris: *Futur 2*

pretiosus, -a, -um: wertvoll

stupeo 2: anstaunen

amasius, -i *m.*: Liebling

cum illis versantes, si fieri posset, cibo <u>potuque</u> carere, solumque spectare illos et unā esse. Quam felix illud spectaculum fore putamus, si contigerit, ut ipsum pulchrum intueatur, <u>sincerum</u>, <u>integrum</u>, purum, simplex, non humanis <u>carnibus</u>, coloribus, non aliis mortalibus <u>nugis contaminatum</u>, sed ipsum <u>uniforme</u> pulchrum divinum inspiciat? Num vitam parvi facias hominis, qui <u>illuc suspiciat</u>, et spectantis, quo spectandum est, et cum illo pulchro versantis? Nonne cogitas contingere ei <u>tantum cernenti</u> eo oculo pulchrum, quo percipi potest, non iam imagines virtutis, sed virtutes ipsas <u>parere</u>, <u>quippe cum</u> non simulacrum, sed rem ipsam <u>atingat</u>, cumque virtutem veram <u>pariat</u> atque alat, deo amicus efficietur et, <u>si quis alius hominum</u>, is maxime immortalis existet?	potus, -us <i>m.</i>: Trank sincerus, -a, -um: rein integer, -ra, -rum: unversehrt; ganz caro, carnis <i>f.</i>: Fleisch nugae, -arum <i>f.Pl.</i>: Kleinigkeiten contamino 1: beflecken uniformis, -e: einförmig illuc: dorthin suspicio 3: aufblicken tantum (<i>Adv.</i>): nur cerno 3: sehen pario 3: hervorbringen quippe cum + <i>Konj.</i>: da doch atingo 3: berühren si quis alius hominum: wenn überhaupt ein Mensch
---	--

Als Sokrates geendet hat, stürmt der vom nächtlichen Feiern und Schwärmen trunkene Sokrates-schüler **Alkibiades** herein und hält schließlich eine Lobrede auf Sokrates (conv.215a ff):

Socratem, o viri, per imagines laudare conabor. Iste igitur <u>forte suspicabitur</u>, me <u>ad ridicula</u> sermonem convertere, sed sumetur imago veri, non <u>ridiculi</u> gratiā. Socratem <u>asserō persimilem Silenis</u> istis, qui sedentes inter alias imagines a <u>sculptoribus figurantur</u>, ita, ut <u>fistulas tibiasve</u> teneant. Qui si <u>bifariam</u> aperiuntur, reperiuntur intus imagines habere deorum. Satyro quoque <u>Marsyae</u> similem esse dico. Et te <u>adspectu</u> quidem his esse similem, ne ipse quidem, o Sokrates, negabis. Quod vero in reliquis quoque <u>similitudinem</u> eorum habes, deinde iam audi. <u>Procax</u> es, an non? Si non fateris, equidem	forte: vielleicht suspicio 1: den Verdacht haben ridiculum, -i <i>n.</i>: Spott asserō 3: versichern persimilis, -e: ganz ähnlich Silenus, -i <i>m.</i>: Silen (<i>alter Satyr</i>) sculptor, -oris <i>m.</i>: Bildhauer figuro 1: abbilden fistula, -ae <i>f.</i>: Pfeife tibia, -ae <i>f.</i>: Flöte bifariam (<i>Adv.</i>): an zwei Seiten Marsyas: ein Satyr, der mit seinem Flötenspiel Apoll herausforderte adspectu (<i>Supinum</i>): anzuschauen similitudo, -inis <i>f.</i>: Ähnlichkeit procax (<i>Gen.</i>: -acis): unverschämt
--	--

<u>testes</u> adducam. At non <u>tibicen</u>? Et <u>Marsyā</u> quidem longe praestantior. Qui quidem instrumentis quibusdam homines <u>demulcebat</u> oris potentiā, et nunc etiam, si quis <u>modulatione</u> illius utitur. Nam illa, quae <u>Olympus</u> modulatus est, <u>Marsyam</u>, qui docuit, <u>modulatum</u> dico. Eius igitur <u>harmonia</u>, <u>seu</u> bonus <u>tibicen</u> <u>seu</u> mala <u>tibicina</u> utatur, sola animos <u>attrahit</u> et, quia divina est, ostendit, quinam diis <u>mysteriisque</u> <u>indigarent</u>. Tu autem in hoc <u>dumtaxat</u> differs ab illo, quod sine ullo instrumento nudis quidem verbis hoc idem efficis. Nos certe, quoties alium audivimus alterius verba referentem, etsi nimium boni oratoris, tamen nullus, ut ita dixerim, illa <u>floci facit</u>. Cum vero te aut tua verba, <u>quovis</u> alio referente, quamvis <u>ineptus</u> ille sit, qui refert, <u>sive</u> vir <u>seu</u> femina sive <u>adulescentulus</u> audiat, obstupescimus quidem ac mente corripimur. Equidem nisi <u>suspicarer</u>, ne <u>forte</u> nimis ebrius videar, iure iurando <u>interposito</u> <u>affirmarem</u>, qualia mihi <u>alias</u> ab huius verbis contigerunt contingantque etiam nunc. Quoties enim hunc audio, multo magis quam hi, qui <u>Corybantum</u> more deferuntur, cor in me <u>concitatur</u> ad huius verba lacrimasque effundo, videoque multis aliis hoc idem contingere. At cum <u>Periclem</u> audirem, aliosque oratores bonos, videbantur illi quidem mihi praeclare dicere, sed nihil tale mihi contingebat; neque <u>concitabatur</u> animus neque se ipse quasi <u>serviliter</u> viventem <u>condemnabat</u>. Sed ab hāc <u>Marsyā</u> saepe ita <u>inflector</u>, ut existimem vitam non <u>vitalem</u> esse, si, ut vivo, vivere <u>pergam</u>. Neque haec, o Socrates, negabis.	testis, -is <i>m.</i>: Zeugen tibicen, -inis <i>m.</i>: Flötenspieler Marsyas: ein Satyr, der mit seinem Flötenspiel Apoll herausforderte demulceo 2: für sich einnehmen modulatio, -onis <i>f.</i>: Spielweise; Melodie Olympus: Schüler des Marsyas modulor 1: spielen harmonia, -ae <i>f.</i>: Musik seu = sive: sei es, dass tibicina, -ae <i>f.</i>: Flötenspielerin attraho 3: anziehen; in den Bann ziehen mysteria, -orum <i>n.Pl.</i>: Mysterien indigo 1 + <i>Abl.</i>: bedürfen; brauchen dumtaxat: höchstens; lediglich facio 3 floci: pfeifen (auf) quovis: beliebig ineptus, -a, -um: untauglich adulescentulus, -i <i>m.</i>: junger Bursch suspico 1: den Verdacht haben forte: vielleicht interpono 3: leisten affirmo 1: bekräftigen alias (<i>Adv.</i>): sonst Corybantes, -um <i>m.Pl.</i>: Kybelepriester deferor (-ferri): umhertollen concito 1: erregen Pericles: griech. Staatsmann servilis, -e: sklavisch condemno 1: verurteilen inflecto 3: rühren vitalis, -e: lebenswert pergo 3: sich aufmachen
--	--

<u>Quin etiam</u> certo scio, si in <u>praesentiā</u> aures illi <u>praestare</u> velim, minime tolerarem, sed eadem illa mihi <u>evenirent</u>. Cogit enim me fateri, quod, cum ipse ego multis <u>deficiam</u>, me ipse negligo, rem vero populi Atheniensium curo. Vi ergo quasi <u>adversus Sirenas obturans</u> aures, hunc fugio ac <u>vito</u>, ne apud eum sedens <u>consenescam</u>. Patior autem <u>erga</u> hunc solum, quod nemo mihi inesse existimaret, ut alicuius pudore ac <u>verecundiā</u> detinear. <u>Atqui</u> hunc solum <u>vereor</u>. <u>Conscius</u> enim mihi sum, defendere me non posse, <u>quin</u> sint agenda, quae iubet, sed, cum ab eo discesserim, <u>populari ambitione</u> me superari. Fugio igitur hunc atque vito, et quoties ipsum intueor, <u>verecundia</u> me, quia <u>promissa</u> non servaverim, capit. Et saepe cuperem, hunc e vitā decedere. Rursus vero si acciderit, bene scio me longe id <u>iniquius</u> toleraturum, itaque, quemadmodum <u>hōc utar</u>, nescio. Et a <u>modulationibus</u> quidem Satyri huius talia mihi et multis aliis contigerunt. Alia vero a me audite, <u>ut</u> similis sit his, quibuscum ego illum comparavi, et vim quam mirabilem habeat. Bene enim scitis neminem vestrum Socratem cognoscere, sed ego vobis ostendam, <u>quandoquidem</u> dicere iam <u>incepti</u>. <u>Cernitis</u>, quam vehementer Socrates <u>erga</u> pulchros <u>afficiatur</u> semperque inter eos versetur et obstupescat, et ignoret rursus omnia atque nihil noverit, quemadmodum habitus hic eius? Nonne <u>Silenis</u> similis? Hōc habitu <u>exterius amictus</u>, tamquam <u>sculptus</u> quidam <u>Silenus</u>; intus vero, si aperiatur, quam mira, o viri <u>convivae</u>, animi	quin etiam: ja sogar in praesentiā: für einen Augenblick praesto 1: leihen evenio 4: passieren deficio 3 + <i>Abl.</i>: schwach weren (in) adversus + <i>Akk.</i>: gegen Sirena, -ae <i>f.</i>: Sirene obturo 1: verstopfen vito 1: vermeiden consenesco 3: alt werden erga + <i>Akk.</i>: gegenüber verecundia, -ae <i>f.</i>: Schüchternheit atqui: doch vereor 2: sich fürchten conscius, -a, -um: bewusst quin + <i>Konj.</i>: dass popularis ambitio (-onis <i>f.</i>): Gunstbeweis des Volkes promissum, -i <i>n.</i>: Versprechen iniquus, -a, -um: schwer (utor 3 hōc: damit umgehen modulatio, -onis <i>f.</i>: Spielweise; Melodie ut: wie quandoquidem: weil eben incepti = coepti cerno 3: sehen afficio 3 erga + <i>Akk.</i>: eingenommen werden (von) Silenus, -i <i>m.</i>: Silen (<i>alter Satyr</i>) exterius: nach außen hin amictus, -a, -um: bekleidet sculpo 3, sculpsi, sculptum: meißeln conviva, -ae <i>m.</i>: Tischgenosse
---	--

<u>integritas</u> inest! <u>Scitote</u> illum neque pulchritudinem corporis cuiusquam <u>quicquam</u> aestimare, neque divitias neque honores neque cetera, quae vulgus admiratur, sed, <u>supra quam</u> existimari <u>queat</u>, longe <u>spernit</u>. Censet cuncta haec nullius esse <u>pretii</u> et nos <u>pro nihilo ducit</u>, sed semper <u>ironiā</u> utitur ac <u>iocatur</u> per totam vitam cum hominibus. Socrate <u>serio</u> autem agente atque intus aperto, nescio, <u>utrum</u> quisquam, quae intus latent, imagines inspexerit. Ego certe <u>quandoque</u> eas conspexi atque mihi visae sunt <u>usque adeo</u> divinae et aureae et formosae et mirabilis, ut nullo modo <u>fas</u> existimem, aliter, quam Socrates <u>praecipit</u>, agere.	integritas, -atis <i>f.</i>: Reinheit scitote (<i>Imp. II</i>) = scite aestimo 1 quicquam: für etwas wert halten supra quam: mehr als queo (-ire): können sperno 3: verschmähen pretium, -i <i>n.</i>: Wert duco 3 pro nihilo: keine Bedeutung beimesen ironia, -ae <i>f.</i>: Ironie iocor 1: scherzen; spielen serio (<i>Adv.</i>): ernsthaft utrum: ob quandoque: irgendwann einmal usque adeo: dermaßen fas: Recht praecipio 3: vorschreiben
--	---

In der Folge berichtet Alkibiades zuerst, wie er vergeblich versucht hat, Sokrates zu verführen, und sodann von dessen mutigem Auftreten im Krieg. Dann fährt er so fort (conv.221c ff):

In multis igitur aliis <u>mirifice</u> laudari Socrates posset, sed in reliquis alii quoque <u>fortasse</u> nonnulli eandem laudem <u>mereantur</u>, verum illud omni <u>admiratione</u> dignum, quod nemini hominum neque antiquorum neque <u>aequalium</u> esse similis reperitur. Nam qualis Achilles fuit, talem <u>coniectet</u> aliquis fuisse et <u>Brasidam</u> et alios quosdam, et qualis <u>Pericles</u>, tales <u>Antenorem</u> atque <u>Nestorem</u>, sunt alii quoque. Atque reliqui quidem hōc modo <u>conferri invicem</u> possunt, sed quam miro hic homo <u>ingenio</u> est, et ipse et eius dicendi ratio, talem quaerens nemo facile inveniet, <u>nisi qui</u>, quos ego dixi, iis eum <u>assimilet</u>, nulli quidem hominum, sed <u>Silenis</u> et Satyris, ipsum eiusque sermones. Nam et hoc a me <u>praetermissum</u> erat prius, sermones	mirificus, -a, -um: wunderbar fortasse: vielleicht mereor 2: verdienen admiratione, -onis <i>f.</i>: Bewunderung aequalis, -e: zeitgenössisch coniecto 1: vermuten Brasidas: spartanischer Politiker Pericles: athenischer Politiker Antenor: besonnener Trojaner Nestor: ältester der Griechen vor Troja confero (-ferre): vergleichen invicem: miteinander nisi qui: außer jemand, der assimilo 1: angleichen Silenus, -i <i>m.</i>: Silen (<i>alter Satyr</i>) praetermitto 3: übergehen
---	---

eius <u>persimiles</u> esse <u>Silenis</u> apertis. Si quis enim huius sermones audiat, videntur primā <u>facie</u> nimium esse <u>ridiculi</u>: Nomina quippe et verba <u>exteriori</u> <u>adspectu</u> Satyri cuiusdam <u>contumeliosi</u> habitum <u>prae</u> se ferunt. <u>Asinos</u> enim <u>fabrosque</u> <u>aerarios</u> et <u>sutores</u> <u>calceorum</u> <u>coriariosque</u> semper habet in ore, eademque semper dicere de iisdem videtur, ut omnes fere, qui minus <u>experti</u> peritive sint, verba illius <u>irrideant</u>. Verum si intus adspiciat quis eius sermones, primo quidem reperiet sensuum <u>profunditatem</u> habere solos aliorum omnium et <u>insuper</u> divinissimos esse ac plurimas virtutum imagines <u>continere</u> atque ad plurima sese <u>extendere</u>, <u>immo</u> omnia <u>praecepta</u> comprehendere, quibus instrui debet is, qui honeste beneque victurus est. Haec sunt, o viri, in quibus Socratem laudo. (...)	persimilis, -e: sehr ähnlich Silenus, -i m.: Silen (<i>alter Satyr</i>) facies, -ei f.: Blick ridiculus, -a, -um: lächerlich exteriori adspectu: beim Anblick von außen contumeliosus, -a, -um: beleidigend fero (ferre) prae me: zur Schau stellen asinus, -i m.: Esel faber (-ri m.) aerarius: Erzschmied sutor, -oris m.: Schuster calceus, -i m.: Schuh coriarius, -i m.: Gerber expertus, -a, -um: erfahren irrideo 2: verlachen profunditas, -atis f.: Tiefe insuper: darüber hinaus contineo 2: beinhalten extendo 3: ausdehnen immo: ja sogar praeceptum, -i n.: Vorschrift
---	---

Weitere Nachtschwärmer gesellen sich lärmend der Gesellschaft hinzu, ein geordneter Gesprächsablauf ist daraufhin nicht mehr möglich. Man trinkt reichlich Wein. Spät nächtens, als die meisten gegangen oder eingeschlafen sind, trinken nur noch Sokrates, Agathon und Aristophanes. Dabei unterhalten sie sich und Sokrates will die beiden Dichter davon überzeugen, dass ein Dramatiker sowohl Komödien als auch Tragödien dichten können müsse. Als seine Gesprächspartner im Morgengrauen einschlafen, steht Sokrates auf und geht ins Lykeion, ein Gymnasium, wo er sich den restlichen Tag hindurch aufhält, um erst am Abend nach Hause zu gehen.

cB 76	Vagantenstrophen
1 <u>Dum</u> <u>cauponā</u> <u>verterem</u> vino <u>debachatus</u>, <u>secus</u> templum Veneris eram <u>hospitatus</u>, solus ibam, <u>prospere</u> vestibus ornatus, plenum ferens <u>loculum</u> ad sinistrum latus. 2 <u>Almi</u> templi <u>ianua</u> <u>servabatur</u> plene, ingredi non poteram, ut optavi bene; intus erat <u>sonitus</u> dulcis <u>cantilenae</u>; aestimabam, plurimae quod hic essent Sirenae. 3 Cum custode <u>ianuae</u> <u>parum</u> <u>requievi</u>; erat virgo nobilis, pulchra, <u>statu brevi</u>. <u>Secum</u> dans colloquia in sermone <u>levi</u>; tandem desiderium inrandi explevi. 4 In ingressu <u>ianuae</u>, sedens invitatus ab hac pulchrā virgine sum interrogatus: „<u>Unde</u> es, o iuvenis <u>hucce applicatus</u>?” Cui dixi: “Domina, <u>vestri comitatus</u>.” 5 „Quae est causa, <u>dicito</u>, huc tui adventūs? Qualis ad haec litora <u>appulit</u> te ventus? Duxit te <u>necessitas</u> et tua iuventus?” Dixi: „Necessario venio detentus. 6 Intusque <u>exterius</u> asto vulneratus a sagittā Veneris, ex quo fui natus, telum fero pectore	dum =cum caupona, -ae f.: Wirtshaus verto 3 hier: fortgehen debacchor 1: toben secus + Akk.: bei hospitor 1: einkehren prosper, -era, -erum: günstig loculus, -i m.: Geldbeutel almus, -a, -um: hehr ianua, -ae f.: Tür servo 1: bewachen sonitus, -us m.: Klang cantilena, -ae f.: Lied parum (Adv.): ein wenig requiesco 3, -ievi, -ietum: rasten statu brevi: von niedrigem Stand secum: mit ihr levis, -e: belanglos unde hier: warum hucce: hier her applico 1: heranbringen «ego veni» vestri comitatus: als Geleit von dir dicito = dic appello 3, appuli, -pulsum: hertreiben necessitas, -atis f.: Zwangslage exterius (Adv.): außen

	nondum <u>medicatus</u> ; <u>cursu</u> veni <u>tacito</u> , quod sim liberatus.	medico 1: heilen cursus , -us <i>m.</i> : Lauf tacitus , -a, -um: still quod sim liberatus = ut liberarer incessanter : unablässig
7	<u>Incessanter</u> rogo te, virgo tu beata, ut haec verba Veneri nunties <u>legata</u> .” Ipsa mota precibus, fortiter rogata nuntiavit Veneri verba <u>destinata</u> .	lego 1 <i>hier.</i> : auftragen destino 1: festsetzen secretum , -i <i>n.</i> : Geheimnis praepotens (<i>Gen.</i> : -ntis): sehr mächtig procuro 1: versorgen festino 1: sich beeilen
8	<u>Secretorum</u> omnium salus o divina, quae es dulcis, <u>praepotens</u> , amoris regina! Aegrum quendam iuvenem tuā medicinā <u>procurare</u> studeas, obsecro, <u>festina</u> .	conclave , -is <i>n.</i> : Zimmer in conclavi = in conclave expavescio 3, -pavi, -: erschrecken genu , -us <i>n.</i> : Knie
9	Iussu sacrae Veneris ductus in <u>conclavi</u> , cernens eius speciem fortiter <u>expavi</u> . Flexis tandem <u>genibus</u> ipsam salutavi „Salve” dicens „inclita Venus, quam optavi.”	for 1: sprechen dicito = dic
10	„Quis es” inquit „iuvenis, qui tam bene <u>faris</u> ? quid venisti, <u>dicito</u> , quomodo vocaris? Es tu forte iuvenis ille dictus Paris, <u>ista</u> de quo retulit? Cur sic <u>infirmaris</u> ?”	ista = die Magd an der Tür infirmo 1: schwächen
11	„Venus clementissima, felix <u>creatura</u> , cerno, quod praeterita <u>noscisque</u> futura. Ipse sum miserrimus, res iam peritura, quem sanare poteris tuā <u>levi</u> curā.”	creatura , -ae <i>f.</i> : Geschöpf nosco 3: kennen
12	„Bene” inquit „Veneris noster o dilecte iuvenis, aptissime <u>sodes</u> nostrae <u>sectae</u> . Si tu das <u>denarios</u>	levis , -e: leicht sodes : wenn du Lust hast secta , -ae <i>f.</i> : Anhängerschaft denarius , -i <i>m.</i> : Denar

<u>monetae</u> electae, dabitur consilium salutis perfectae.” 13 „Ecce“ dixi „<u>loculus</u> <u>exstat</u> <u>nummis</u> plenus; totum quippe tribuam tibi, sacra Venus. Si tu das consilium, ut satis sim <u>serenus</u>, tuum <u>in perpetuum</u> <u>venerabor</u> genus.“ 14 Ambo iunctis manibus <u>ivimus</u> <u>mature</u>; ubi stabant plurimae, bellae <u>creaturae</u>: Omnes erant similes, unius naturae et unius habitūs atque <u>vestiturae</u>. 15 Nobis <u>propinquantibus</u> omnes surrexere; quas ut salutavimus, responsum <u>dedere</u>: „Bene vos veneritis, velitis sedere?“ Venus inquit: „Aliud volumus explere.“ 16 <u>Innuens</u> his omnibus iubet ire <u>cito</u>, pariter remansimus; in loco <u>munito</u>. solis <u>quiescentibus</u>; <u>strato</u> <u>redimito</u>, plura <u>pertractavimus</u> sermone <u>polito</u>. 17 Exuit se vestibus <u>genitrix</u> Amoris, carnes ut ostenderet <u>nivei</u> decoris. <u>Sternens</u> eam <u>lectulo</u> fere decem <u>horis</u> <u>mitigavi</u> <u>rabiem</u> <u>febrici</u> doloris. 18 <u>Postmodum</u> <u>transivimus</u> ire <u>balneatum</u> in <u>hortanum</u> balneum Iovi <u>consecratum</u>. Huius aquā balnei	moneta, -ae f.: Münze loculus, -i m.: Geldbeutel exsto 1: vorhanden sein nummus, -i m.: Münze serenus, -a, -um: heiter in perpetuum: auf ewig veneror 1: verehren ivimus = iimus mature: zur rechten Zeit creatura, -ae f.: Geschöpf vestitura, -ae f.: Kleidung propinquo 1: sich nähern -ere = -erunt innuo 3: zunicken cito (Adv.): rasch munio 4: abschirmen quiesco 3: ruhen stratum, -i n.: Lager redimio 4: bekränzen pertracto 1: behandeln politus, -a, -um: fein; exuo 3: entkleiden genetrix, -icis f.: Mutter caro, carnis f.: Fleisch niveus, -a, -um: schneeweiß sterno 3: hinwerfen lectulus, -i m.: Bettlein horis = horas mitigo 1: lindern rabies, -ei f.: Wut febricus, -a, -um: Fieber- postmodum: später balneo 1: baden; balneatum (Supinum): um zu baden hortanus, -a, -um: im Garten consecro 1: weihen
---	---

me sensi <u>purgatum</u> omnibus <u>languoribus</u> beneque <u>piatum</u>. 19 <u>Ultra modum debilis</u> balneo <u>afflictus</u>, fame validissimā steteram <u>astriatus</u>. Versus contra Venerem, „<u>Quamvis derelictus</u>” dixi „vellem ēdere, si quis inest <u>victus</u>.” 20 <u>Perdices et anseres</u> ductae sunt <u>coquinae</u>, plura <u>volatilia</u>, <u>grues</u> et <u>gallinae</u>; pro <u>placentis</u> ductus est <u>modius farinae</u>; praeparatis omnibus, <u>pransus</u> sum <u>festine</u>. 21 <u>Tribus, reor, mensibus</u> <u>secum</u> sum moratus, plenum ferens <u>loculum</u>, ibi vir ornatus, residens; a Venere sum nunc <u>allevatus</u> <u>nummis</u>, atque sic sum praeparatus. 22 Terreat vos, iuvenes, istud, quod auditis; <u>dum</u> sagittam Veneris <u>penes</u> vos sentitis, mei este memores; vos quocumque itis, liberi poteritis esse, si velitis.	purgo 1: säubern languor, -oris <i>m.</i>: Schlaffheit pio 1: reinigen ultra modum: über die Maßen debilis, -e: schwach afflictus, -a, -um: geschwächt astriatus, -a, -um: gefesselt quamvis hier: + <i>Part.</i> derelictus, -a, -um: verlassen ēdo 3: essen victus, -us <i>m.</i>: Nahrung perdix, -icis <i>f.</i>: Rebhuhn anser, -eris <i>m.</i>: Gans coquina, -ae <i>f.</i>: Küche; coquinae = in coquinam volatilia, -ium <i>n.Pl.</i>: Geflügel gruis, -is <i>f.</i>: Kranich gallina, -ae <i>f.</i>: Huhn placenta, -ae <i>f.</i>: modius, -i <i>m.</i>: Scheffel farina, -ae <i>f.</i>: Mehl pransus, -a, -um: einer, der gegessen hat festine (<i>Adv.</i>): eilig; tribus mensibus = tres menses reor 2: glauben secum = cum eā loculus, -i <i>m.</i>: Geldbeutel allevo 1: erleichtern nummus, -i <i>m.</i>: Münze dum = cum penes + <i>Akk.</i>: tief in
cB 87 1 Amor tenet omnia, mutat cordis intima, quaerit amor <u>devia</u>. Amor <u>melle</u> dulcior <u>felle</u> fit amarior, amor caecus caret <u>pudiciā</u>, frigidus et calidus et <u>tepidus</u>, Amor audax, <u>pavidus</u>, est fidus atque <u>perfidus</u>.	<i>Rhythmische Strophen</i> devia, -orum <i>n.Pl.</i>: Abwege mel, mellis <i>n.</i>: Honig fel, fellis <i>n.</i>: Galle pudicitia, -ae <i>f.</i>: Sittsamkeit tepidus, -a, -um: lau pavidus, -a, -um: furchtsam perfidus, -a, -um: untreu

2	Tempus est idoneum, quaerat Amor socium, nunc <u>garritus</u> avium, Amor regit iuvenes, Amor capit virgines. Vae senectus, plurima tibi sunt <u>incommoda</u>! <u>Va t'an oy!</u> <u>Iuencula</u> <u>Theoclea</u> tenet me gratissima, tu <u>pestis</u>, dico, pessima.	garritus, -us m.: Gezwitscher incommodum, -i n.: Nachteil Va t'an oy! (<i>altfrz.</i>): Hör, scher dich fort! iuencula, -ae f.: junges Mädchen Theoclea: Mädchenname pestis, -is f.: Unheil
3	Sit, puella, frigidus numquam tibi socius: Dormit dolens saepius <u>in naturā</u> frigidus: Nihil tibi <u>vilius</u>. Venus tenet iuvenes in gaudio; <u>sana</u> sic <u>coniunctio</u>, quam diligo; tuo fit imperio. Quid melius sit, nescio.	in natura: von Natur aus vilis, -e: wertlos sanus, -a, -um: coniunctio, -onis f.: Vereinigung
4	Amor volat <u>undique</u>, captus est libidine. Iuvenes, <u>iuenculae</u> coniunguntur <u>merito</u>. Si qua sine socio caret omni gaudio, tenet noctis <u>infima</u> sub <u>intimā</u> <u>cardinis</u> custodiā: Sic fit res <u>amarissima</u>.	undique: überall iuencula, -ae f.: junges Mädchen merito: zu Recht infima, -orum n.Pl.: unterster Winkel intimus, -a, -um: innig cardo, -inis f.: Türangel amarus, -a, -um: bitter
5	Amor simplex, <u>callidus</u>, <u>rufus</u> Amor, <u>pallidus</u> figuris in omnibus; Amor est <u>placabilis</u>, constans et <u>instabilis</u>, amor artis regitur imperio. Ludit amor <u>lectulo</u> iam <u>clanculo</u>, noctis in silentio fit captus Amor <u>laqueo</u>.	callidus, -a, -um: schlau rufus, -a, -um: rot pallidus, -a, -um: blass placabilis, -e: versöhnlich instabilis, -e: unstet lectulus, -i m.: Bettlein clanculo (<i>Adv.</i>): heimlich laqueus, -i m.: Schlinge

cB 88	Vagantenzeilen mit Refrain
